

Werk

Titel: Erucarum ortus, alimentum et paradoxa metamorphosis
Autor: Merian, Maria Sibylla
Verlag: Oosterwyk
Ort: Amstelædami
Jahr: 1717
Kollektion: Zoologica
Digitalisiert: Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Werk Id: PPN476830389
PURL: <http://resolver.sub.uni-goettingen.de/purl?PPN476830389>
OPAC: <http://opac.sub.uni-goettingen.de/DB=1/PPN?PPN=476830389>

LOG Id: LOG_0067
LOG Titel: X. Viola matronalis, purpurea
LOG Typ: chapter

Terms and Conditions

The Goettingen State and University Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Goettingen State- and University Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept the Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Goettingen State- and University Library.

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Contact

Niedersächsische Staats- und Universitätsbibliothek Göttingen
Georg-August-Universität Göttingen
Platz der Göttinger Sieben 1
37073 Göttingen
Germany
Email: gdz@sub.uni-goettingen.de

duobus adhuc pediculis constantem gressu celerrimam, in principio mensis Maii pelle exuebatur, in aureliam fuscam immutata, qualis infrà conspicitur, immota jacebat, in principio Junii elegans in lucem indè papilio prodiit, cuius caput, alæ superiores, & ungviculi, atque cornula nigra erant, alis interim maculis flavescentibus conspersis, alæ inferiores duæ unâ cum corpore minium referebant, volatu, præprimis tamen circa vesperam celerrimus erat.

Erucula hæc perdorsum viridis, & inferius alba pariter hac herbâ vescitur, Junio mense texturam conficit albam, ac in doliolum defiguratur, elapsis duodecim diebus, flava nigris lineis variegata musca in lucem prodit.

IX. *Nux juglans florens.*

Formosa viridis hæc eruca albis per universum corpus lineis, & albicantibus in quolibet membro punctis exornata reperitur in arbore nuciferâ, raro tamen admodum, egò modo illam inveni, & in principium usquè Junii enutrivi, ubi foliis viridibus sese involvens telam albicantem tenuem parabat, ac in aureliam fuscam immutabatur, intrâ trium hebdomadarum spatium phalænula indè prodiit, cuius alæ superiores, ungviculi, & cornula fusca erant, inferiores alæ aureo colore rutilæ, vespere phalænarum omnium more volitabat.

X. *Viola matronalis purpurea.*

Hac super herbâ longiuscularum, ac gracilium erucularum genus ab antè sex ungviculis, & à retrò totidem pediculis constans invenitur, iter molientes partem corporis posteriorem priori jungunt, insignem gibbum hocce modo corpore formantes, hæc corporis proceritas curiosam inducit figuram, passus consequenter amplos promovent; Majo mense virides in aurelias immutantur, Junio elegantes indè producuntur papiliones capite, alisque superioribus flavo, fulcoque colore eleganter aspersis constantes, corpus unâ cum alis inferioribus, ut & cornula cum ungviculis ex pallido flava, oculosque nigros gerentes, volatu, qualis ad dextram exhibetur, celeres.

Ad

Ad sinistram viridis, flavo capite eruca conspicitur, ab antè sex unguiculis, octo in medio, & à retrò duobus adhuc pediculis constans, in fine Aprilis flavam texturam parans in viridem punctis nigris variegatam aureliam immutatur, in medio mensis Maii candidus inde papiliunculus erumpit, tam in volando debilis ut ab arbore ad arborem vix aut ne vix quidem transire valeat.

XI. *Lychnis segetum, & filigo.*

Hocce super flore in filagine crescente, qualis culmum perceptat, erucam inveni, in principium usquè Junii per me enutrita deposita exuvias, ac in aureliam fuscā immutabatur, in Decembrem usquè duriuscula & immota jacebat, ubi qualis suprà florem repræsentatur, inde musca prodiit totaliter nigra, partis posticæ medietate exceptâ, quæ subflava perspicuis quatuor alis, translucidisque constabat.

Animalculum hoc infrà spicæ culmum repens in medium usque Junium enutrivi, ubi inter filiginem in spicam irrepebat, & mutabatur in aureliam ex atro rubris punctis variegatam, medio Augusto, scarabæolus inde prodiit; vulgo (Lieyen Heers Haantje) nostratibus audiens.

Interjacet autem acarus albus, cujus per dorsum subrubra linea decurrit, tales in mure mortuo circiter quinquaginta reperi, & servavi, paulò post in doliola defigurabantur, ex quolibet autem horum in lucem musca prodiit, qualis infrà viridi folio insidens exhibetur, corpore cæruleo, lineis nigris virgato, oculis rubris, pedibus nigris, aliquæ duabus colorum varietate coruscantibus instructa.

XII. *Sambucus flore albo.*

Inferius ad sinistram è lucido flava viridi folio insidens eructa repræsentatur, per cuius corpus duæ lineæ transversæ nigræ, à retrò autem tres aliæ nigræ per corpus rectâ feruntur, dentes habet nigros, ab antè sex unguiculis, in medio octo pedibus constat; fronde viridi hujus arboris vescitur, perfectam consecuta magnitudinem texturam albam conficit, ac